

Florentissimæ
STUDIO SÆ JVVENTVTI
Iu

ACADEMIA LIPSIENSΙ

S. P. D.

ADAMVS RECHENBERG,

P.P. & Colleg. Philosoph. h. t.

Decanus.

C^Vrvos Juvenes Optimi, in hoc
libelli frontispicio alloqvor, ra-
tio, opinor, constabit, ubi argu-
mentum ejus atque scopum forte inspexe-
ritis. Nam in omni re studiorum, qvæ
Academis propriæ sunt, tria potissimum
pensi haberi debent, si ad bonam frugem,
in sapientiæ studio proficere velitis. Pri-
mum est, metam & certum industriae sco-
pum mature præfigere, veræq; eruditio[n]is
usum in vita, non ignorare: vecors enim
ac stultus censetur, qui non in quovis actu,
finem certum respiusat, atque ut scopum
feriat, eo postea & manum, & oculum
& arcum intendat. Proximum huic est,
nosse viæ duces, qui recta & tuto, ad me-
tam præfixam studiorum, ducant. Illi

):(2 post

post praeceptores fideles , sunt libri in qua-
vis arte vel scientia eximii atq; prestantes . Quos in tanta eorum copia , qvæ
laboramus hodie , discernere ab inutili-
bus nulliusque frugi , tironi Academico
admodum difficile videtur . Tertium est
ordo concinnus , sine qvo studium sapien-
tiae , ad metam perduci optatam nequit .
Non enim satis est , ingenium docile &
bonam voluntatem hic adferre ; nec satis
est , scire bonos libros & autores : nisi &
doctrinæ quæ mutuam inter se cognatio-
nem habent , ac encyclopaediæ quasi nexu
continentur , recte digerantur & ordinen-
tur ; ut quæ primo , qvæ secundo loco tra-
ctari oporteat , ante constet dissentibus .
Hæc cum animo sapius reputarim meo , ex
re vestra fore existimavi , si propter offici
nationem , hæc tria , libello hoc expone-
rem fusius . Equidem erunt adhuc ex or-
dine vestro nobilissimo , qui de hoc argu-
mento , anno superiori , me privatim dis-
serentem auscultarunt . Sed , cum for-
san pluribus hic labor inservire possit ty-
pis impressis , nolui illum (qvælicunque
etiam

etiam qvibusdam Aristarchis videbitur)
premere. In primis cum aliæ cauſſe ac-
cederent, qvæ me, ut publicæ luci hoc
opusculum ſifterem nunc, qvæſi ſubege-
runt. De illis tamen forſan alibi dicen-
di redibit occaſio. De cetero, cum mul-
ti viri doctiſiſimijam de ſtudiorum ratio-
ne, conſilia ſuppediſtarint ſalutaria, qvæ-
dam illorum hic inſerta, qvædam lauda-
ta fuſſe, cognoscetis. Ut illa ipſimet e-
volvere, ac, ſi placet, in ſtudio medico,
juridico & theologicō ſeqvi poſſit. Si
in qvibusdam doctrine partibus, turbam
haut ſecutus videor, patiar vicifim, alios
à me diſſentire. Tummodo id ſine bile
& calumnia, à quā viri graves alias ſibi
vix temperare poſſunt, fiat. Ego certe
id operam dcdi, ut cum de uno altero ve
ſcriptore judicandum eſſet, intra mode-
ſtia limites mea perſtaret ſententia. Et
hanc aequitatem ab omnibus cordatis
mihi quoque polliceor lectoribus.

Sed Veftrum erit, Juvenes optimi, no-
men ſtudioſi haut male tueri; hoc eſt,
): (3 viam

viam insistere, quæ in quocunque propositi ac studii genere, ad veræ ac salutaris eruditionis metam vel fastigium perducat. DEVS laboribus vestris benign annuat, atque cœpta vestra studia provebat ad Nominis sui sanctissimi gloriam,
Et Ecclesiæ ac reipublicæ incremen-
sum!



INDEX

INDEX
ET C.
SE PRO
C.I. De Eru
C.II. De Vane
de mis studi
SI
De ordinando
oriz.
C.I. De Dial
ne Indic.
C.II. De Stru
C.III. De
C.IV. De S
De ordina
fici.
C.I. De
C.II. De
cialij.
D
C.I. Dep
C. I. Dea
Historic